sequatur:

Popo sacerdotum lux et decus ecclesiarum
Gloria Romani spes simul imperii.
Constrictus vinculis humane conditionis
Ecce sub hac mole fit civis ex homine.
Instruit ut Paulus fuit omnibus omnia factus
Ferre studens domino dupla talenta suo.
Hic locus est testis quibus ipse resplenduit ? resplendet
Ille quidem donis moribus atque probis actis
Exornans istam Christo fundaverat aulam
Ultime principio quem dedit hora suo
In libra Phebo duodena parte locato
Agne Dei vivi sub te rogo parte jacenti.

Huic etiam beatus papa Johannes super XVI episcopatus potestatem tribuit una cum prefato imperatore et multa alia privilegia et immunitates largiti erat ecclesie Aquilegensi, que nimis prolixum esset narrare per singula.

Heberardus patriarcha sedit annis V. De hoc nihil invenitur dicendum.

Gothepoldus patriarcha sedit annis XVII. Qui eciam de Gradensi insula pro-